



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lxviii. Ad humidae pituitae orientia tubera.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Ad humida pituita orientia tubera.*

**S**ÆPE in naribus accipitrum oriuntur tubera ex humida destillatione. Remedio sunt tres guttæ gari optimi quotidie naribus instillatæ.

*Ad inflammationem narium.*

**N**ARIUM inflammatio cognoscitur, cum circum oculos & os glutinosus humor exundat. Sanatur hoc medicamento, quod habet agrestis vlmī semina concisa & tinsa cum oleo in offas agglomerata, palatoque accipitris infricata: tum eius naribus instillatur succus rosaceus, omphacino oleo temperatus.

*Ad destillationem tollendam, quæ per nares mucum reddit.*

**P**IPERIS grana decem & septem mortario contrita vna cum sapone, & stillatitia myrrha tenuiter cribrata, & ea quidem ad proportionem piperis iniecta, & mista: postquam accipiter cibum sumpserit, eius nares illinantur, & ad sanitatem perueniet.

H

A